



**P**resta quesumus domine ut sicut elec-  
 torum tuorum animas celesti remun-  
 ratione letificas, ita et animam famu-  
 li tui sacerdotis eorum consortio socia-  
 tam requies eterna possideat. **Per do-**  
**minū nostrū. De episcopis defunctis.**  
**Q**uis qui inter apostolicos sacerdo-  
 tes famulum tuum pontificali fe-  
 cisti dignitate vigere, presta quesumus  
 ut quorum vicem gerebat in terris, eo-  
 rum perpetuo consortio letetur in celis.  
**Per dominum nostrum. Secreta.**  
**H**ec oblatio quesumus domine, ani-  
 mam famuli tui episcopi ab omnibus  
 vitijs humane conditionis absoluat,  
 que ymmolata etiam totius mundi tu-  
 listi offensa. **Per dominum nostrum**  
 iesum christam filium tuum qui tecum  
 vivit ⁊ regnat in unitate ꝛc. **Cōplenda.**